



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Erga Eucharistiam amor. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

VBALDINI. 17

rexit. Sed oculos prima omniū
Castitas rapuit: cui⁹ amore cap-
tus Antonius, id sedulo operam
dedit, vt eius cum primis poti-
retur. Nec nescius tamen quos
ambire in re difficili patronos
oporteret, magnæ Virgini se eti-
am atque etiam commendat: &
vt voti per eam damnetur, insti-
tuit omnes Saturni dies, in eius
honorem, ieiunus transigere: ad
hæc, præces horarias, quæ Virgi-
ni eidem ritu publico nuncupā-
tur, diebus singulis integras per-
currere, Quod ille consilium
quàm piè sanctèque concepit,
tam constantè annis deinceps
nouem, ad vltima vitæ retinuit:
neque in ea, sciens volens vn-
quam refellit.

VI. Erga Eucharistiam amor.

ANnus ætatis duodecimus sub-
erat,

erat, cum desiderium inuasit, piū
& vehemens, ad epulum Eucha-
risticum accumbendi, obstabat
desiderio Pater, cui properare,
in re magna, non placebat. Is
enim, quamquam celeres in filio
progressus, eximiè probaret; ta-
m n̄tatem adhuc, his consilijs,
immaturam suspectabat; Qua-
re, vt ea se cura absoluat, viro
pio iuxta ac docto negotium
dat, qui sensa Antonij penitus
exploret; secūmque quid fieri
decenter in ea re possit, ex æquo
bonoque statuatur. Hic, cum in
Antonio matura iam omnia de-
prehendisset, censuit; non r̄tē
neque ordine facturos, qui pueri
æquissima postulata porro mo-
rarentur. Gaudis Viri iudicio
Pater; filium ipse ad cæl̄ste il-
lud conuiuium primus omnium
dedu-

de
sē
pr
fil
sei
ub
aff
tus
vt
li
ea
ter
ia
qu
qu
pa
lic
ha
vt
du
tar
bu

de lucit; vnaque vterque religio
sè accumbunt. At puer gustata
primum ea ambrosia, totus ex-
silire; & inter suauissimos sensus
seipse non capere se in gaudio ex-
uberante, in lacrimas tenerrimi
affectus abire. Qui animi habi-
tus ei postmodum æternus fuit,
vt quoties inter sacra, vel sustol-
li diuinam hostiam videret; vel
eam ipse, mensuris saltem in-
teruallis contingeret, à lacrimis,
iam sponte sua cadentibus, nun-
quam potuerit temperare. Quæ
quidem animi tenerritudo, cum
patrem quoque aduertisset; sol-
licitum rursus habuit, ne sensiles
hæ deliciae puero imponerent:
vt ea propter monendum sibi
duxerit; Videret, an oculorum
tam vberes riui, ab animi fonti-
bus verè scaturirent? Nam alias
qui-

quidem origines, magno mero-
que inani redundare.

VII. In Ieiunijs rigor.

INterim ipse quo quondam, ob
has cæli voluptates, gratior ad-
uersus Deum esset; solitus eo die
semper est, aliud, præter cibarij
panis buccam nihil sumere; ci-
bo autem reliquo sic abstinere,
vt eum ipse omnem, cum bona
parentum venia ad pauperes de-
ferret. Et per familiaris hæc ei
abstinentia fuit, etiam alijs die-
bus: quibus sæpe solebat cum in
speciem caussari aliquid posset,
mensæ paternæ se subdicere, &
quasi seorsim pransurus, aqua
pura, panemq; victitare, aut præ-
texta venatione (quod supra do-
cuimus) in noctem vsque im-
pransus durare lætus, hoc com-
mento, simul & suas cupiditates
fre-

fre
fes
de
be
cib
qu
reg
stic
mu
di
qu
ade
eta
me
face
gor
tab
re p
mu
retu
E